



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XVIII. Dieterich, Bischof von Brandenburg, ordnet die Einrichtungen des
Klosters Friedland, am 3. Juli 1381.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XVI. Markgraf Siegmund bestätigt der Stadt Wriezen das Privilegium vom 12. Januar 1337,
am 19 August 1378.

Wir seghemund, von godes gnaden Markgraue czv Brandeburch vnd des h. r. rikes ertzkamerer, Bekennen — datz wÿ vnsern lieben getruwen den burgermeistern, radluden vnd burgern czo der wriczen bestediget vnd beuestet haben, bestetigen vnd beuesten mit wolbedachtem mute vnd rechter wizen dessen nachgeschriben bryf (Privilegium vom 12. Jan. 1337). Vnd wente wir Seghemund vorghenant alle desse vorschreuen dingh nach aller wise, so hyrvor steit vnd alle dy stad tzo der Wriczen des briue had van vnserm libesten vater, keiser karl, bestetiget haben vnd bestetigen met dessem briue, so habe wir vnser ingefegel lassen hanghen an dessen bref, der geben ist zu vrankenforde, nach Cristus gheborte dritteinhundert jar, darnach in dem acht vnde seventigsten iare, des dunredages nach vnser vrowen dach, geheitzen assumpcio.

Nach dem Original im Besiz der Stadt Wriezen.

XVII. Hans und Ulrich von Bieberstein, Hauptleute der Mark, verpachten dem Rath zu
Wriezen den Zoll daselbst, am 25. Januar 1380.

Wir hans vnd vlich von Bebersteyn, heren zu Sarow vnd zu Bescow vnd holtute der gantzen marke zu Brandenburg, Bekennen offenlich mit dessen briue vor allen den, die en syen oder horen leysen, das wir den Erbaren wisen Ratluten der Stad zu der Writzen vormidet vnd bygetan haben den zol zu der Writzen mit aller syner zuhorunge drie iar sodan wis, das die Egenante Ratlute vns alle iarlichen geben vnd bezalen sullen hundert schock grossen, io zum virtyl Jares funfvndzwenfich schock, vnd wir sullen ym io, wenne wir das gelt zun virtyl jares lassen holen, des geben vnfn offen quitbriue. Das wir das gantz vnd stete holden wollen, so han wir vnser Ingefigel an desseme briff lassen hangen, geben zu der Nuwenstad, an sente Paules tage, Noch gotes gebort dufint Jar drizenhundirt Jar, darnach in deme Achtzigsten Jare.

Nach dem Original im Besiz der Stadt Wriezen.

XVIII. Dieterich, Bischof von Brandenburg, ordnet die Einrichtungen des Klosters Friedland,
am 3. Juli 1381.

Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis, venerabilibus in Christo dilectis abbatisse, priorisse totique conventui sanctimonialium in Fredelant nec non honorabili viro, domino preposito earum, salutem in domino et statutis, ordinationibus et mandatis nostris firmiter obedire. Scimus et ex evidentia facti colligimus, quod, ubi gubernaculum discipline contempnitur, restat, ut religio naufragetur; providendum ergo censuimus, ne per contemptum hujus-

modi in hiis, que se Christo voto celebri desponderunt, quidquam reperiatu incongruum, quod in regularis honestatis gloriam ponat maculam et divinam possit merito offendere majestatem. Sane pretermisiss aliis in subsequenribus statum vestrum dignum duximus reformandum. Prehabitis igitur nonnullorum consilio et tractatu diligenti, statuimus, ordinavimus et districte in virtute sancte obedientie precipiendo mandamus, quatenus vos sanctimonialibus sub firma maneatis clausura, Ad omnes januas, quarum introitus et exitus necessario requiratur, duas claves diversas et differentes habentes, unam vos, abbatissa, ab intra, aliam vos, domine preposita, qui pro tempore fueritis, ab extra, ita ut nullus intrare vel exire valeat, nisi de amorum vestri, videlicet abbatisse et prepositi, scitu et consensu, hoc tamen proviso, ut nulla de sanctimonialibus extra septa monasterii amicos aut alios extraneos visitare presumat quacunq; ratione vel causa, nisi de vestra licentia speciali, et quorumcunq; aut quarumcunq; ad fenestram collationi ab intra, nisi de licentia vestra, abbatissa, et ab extra, nisi de licentia vestra, domine preposita, vel vestri commissarii non sit accessus, nullaq; aliud habitaculum sive commodum singulare habere nec prandere aut cenare extra commune refectorium aut aliud commune cenaculum debeat, preterquam si abbatissa ex certis causis et horis aliquibus forte hoc indulgeat, et tunc non alibi nisi in loco communi, unice et specialiter ad hoc deputato. Item ut omnes abbatisse obediat secundum regulam et ab antiquo monasterii laudabilem consuetudinem. Insuper choros communiter visitare debeatis et legere et cantare horis debitis, prout vestre congruat religioni, preterquam si alicui forte hoc per abbatissam aliquibus ex causis indulgeatur; porro, si forte aliqua corrigenda pro excessu aliquo seu negligentia fuerit, hec abbatisse arbitrio maxime secundum regulam debeat obedire nec ab aliqua contra abbatissam in hujusmodi pene susceptione vel impositione debeat defendi, nisi secundum regule tenorem. Neque ancillas seu famulas speciales seculares intra septa monasterii aut extra pro vestris negotiis exequendis habeatis, que non sunt per prepositum vestrum admisse et ad serviendum vobis specialiter deputate, nec aliquam secularium virginum in conventu vestro quacunq; de causa per aliquod tempus seculariter vobiscum permanuram assumatis et teneatis, nisi de nostra licentia speciali. Et cum de licentia nostra aliquam vobis assumperitis, hec suscepta in habitu videlicet et tunica grisea superius se debeat vobis conformare, nec aliquando exire etiam jam suscepta quacunq; de causa ante prefixum sibi tempus, licentia nostra non accedente, Et si quid pro expensis earum dari contingat, hoc vobis preposito aut alteri cui commiseritis, debeat presentari. Item nulla vestrum panes aut potum ultra sufficientiam suam et prout per prepositum cuilibet ministratur, non debeat postulare et tollere, sed prout cuilibet ministratur, debeat stare contenta. Insuper scholasticam sive magistram et scholam communem ad omnes moniales juniores et pueros habeatis, ita ut pueri scholastice et magistre ad omnia, que disciplinam et scientiam scholasticam concernunt, specialiter debeant obedire et per scholasticam sive magistram temporibus debitis et consuetis informari. Porro in vestitu, habitu et calciamentis, nodis aut zonis, contractis aut rostratis nullum ornatum habere preterquam qui vestre congruat religioni, studeatis, nec monachali modestia fexusque verecundia impudenter abjectis, ludum et abusum larvarum exercere quocunq; tempore presumatis, neque dies natales aut paschales aut alios particulariter observetis. Item cum vos moniales communiter contingat exire et cimiterium processionaliter circumire, nulla ab aliquo manibus tangatur aut secundum quarundam mundanarum seminarum consuetudinem in manibus aut brachiis duci permittatur, clausuram vestram post circuitum reingressure, ita ut nullus ad vos pateat ingressus, nisi sicut superius est expressum. Inter cetera ut diuino cultui attentius vacare possitis, panes sive tortas ad nuptias aut alias expensas sollemnepnes facere aut coquere aut etiam mittere ad easdem de cetero non attemptetis. Ceterum

vos, domine prepositi, sicut redditus communes monasterii sic et redditus singularum personarum quarumcunque necesse fuerit, fideliter moneatis et extorqueatis, ne ob id materiam habeant evagandi, temporum inde facientes requisitus et quando commodius et uberius poteritis, pro earum sufficientia, ne penuriam patiantur, victum et vestitum ipsis monialibus secundum monasterii facultates ministratis. Si quis autem vestrum premissorum in parte vel in toto post duodecim dies, postquam hujusmodi statuta, ordinationes et mandata ad vestram notitiam pervenerint, temerarius vel temeraria violator vel violatrix extiterit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, a qua nullatenus absolvetur, nisi in mortis articulo sine licentia nostra speciali. Reddatis literam hanc sub vestris sigillis, videlicet conventus et prepositi sigillatam in signum notificationis vobis facte. Datum Seyerfer, anno domini M. CCC. LXXXI^{mo}, feria quarta proxima post beatorum Processi et Martiani martyrum, nostro sub secreto presentibus appenso.

Nach dem Originale des Brandenburger Domarchives aus Heffers Abschrift.

XIX. Nicolaus Hundewerper, Rector der St. Lorenz-Kapelle zu Wriezen, entsagt gewissen Ansprüchen an die Städte Berlin und Cöln, am 4. August 1385.

In Nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo octogesimo quinto, indictione octava, mense Augusto die quarta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac domini Domini Urbani, divina providentia Pape Sexti, anno octavo, hora sexta vel quasi, in domo habitationis honorabilis Viri Ortwini, Prepositi, meique Notarii et Testium infra scriptorum presentia, constitutus Dominus Nicolaus Hundewerper, Presbyter, Rector Capelle S. Laurentii in Wriezen dicte Brandenb. dioecesis, non vi aut metu compulsus, sed libero arbitrio proprio motu, deliberato ac leto animo, maturo consilio ac pleno consensu suorum amicorum et propinquorum, sponte, libere ac publice cessit et renunciavit omni juri, actioni, liti, impetitioni, cause et causis, si quam vel quas habet seu habuit, usque in presentem diem contra prudentes et honestos Viros, Consules et communes Cives ambarum Civitatum Berlin et Cöln, dicte Brandenburgens. Dioecesis. Insuper prefatis Consulibus et Civibus dictarum Civitatum omnem offensam, injuriam, calumniam et violentiam, si quam vel quas prefati Consules et Cives intulissent, etiam si extenderent se ad damna rerum, lesionem corporis aut mutilationem membrorum, aut alio quocunque modo contigissent, seu commisse in eum fuissent; simpliciter, pure, penitus et funditus indulgit et remisit. Promisit etiam predictus Dominus Nicolaus Hundewerper bona fide, quod supra dictis cum Consulibus quamdiu vixerit, de predictis stare velit in bona pace et quiete, et contra eos et eorum successores inperpetuum de et super premissis nullam voluerit intentare actionem et de omni strepitu judicario quiescere et filere. Prorsus idem Dominus Nicolaus postulavit et petiit diligentia ampliori qua potuit a memorato Preposito Domino Ortwino per me Notarium infra scriptum super premissis scilicet cessione, renunciatione, indulgione, remissione ac promissione propter majorem fidem, unum instrumentum confici, aut plura, si necessarium foret in posterum, et ipsum et ea tam sigillo Prepositi sepe dicti, quam etiam signo mei Notarii infra scripti consignari; Cujus petitioni Dominus Prepositus prenominatus et ego Notarius infra scriptus annuentes, prefens instrumentum consignavimus eo modo, ut postulavit. Insuper proprium sigillum propter firmiorem fidem huic presenti instrumento fecit appendi. Datum